



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Reverendi Patris Vincentii Carafæ, Septimi Societatis
Jesu Generalis**

Bartoli, Daniello

Leodii, 1655

Præfatio Ad Patres Et Fratres Societatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42928



P R A E F A T I O

A D

P A T R E S E T F R A T R E S
S O C I E T A T I S.

Societatis *I E S V* lu-
men, & hujus propriè
secundi nostri faculi ad-
huc ineuntis gloria, Vincen-
tius Carafa, *Vobis*, ô Socii
I E S U, non Italis modò, ad quos
singulari quodam *Prosapia*, or-
tus ac domicilii jure pertinebat;
sed omnibus omnino, quibus uti-
que illum providentia Numinis

a Prapo-

PRÆFATIO.

*Præpositum Generalem, commu-
némque Parentem dedit, ab ea-
dem in omne virtutis exemplum
proponitur. Qui enim pueritiam
in sinu illustrissimæ sanctissimæq;
matris Angelicè exegerat; Ado-
lescentiam in Societate IESV,
seu tiro, seu philosophia, theolo-
giaq; auditor, seu disciplinarum
humanitatis Præceptor, omni
virtutum genere excoluit, viri-
lenq; ac senilem etatem per o-
mnes munera gradus, duce
S. P. N. Ignatio, cuius constitu-
tiones præ oculis semper habebat,
et Christo IESV, Mariaq; au-
spicibus, quos semper in medullis;*

ad

PRÆFATIO.

ad supremum sanctimonii apicem
evexit. Itaque magna semper
agere, nec minora pati, num-
quam tamen non humillimè de
se sentire; se ipsum semper vin-
cere, nec quidquam indulgere
sibi; fluxa mundi nibili facere,
¶ Parentum claritudinem obli-
visci: studio salutis animarum
ardere, nec laboribus parcere,
in opum egestatem medullitus mi-
serari, omnique ope sublevare;
denique seraphica in Deum châ-
ritate ferri: qua singula virum
Religiosum majorem in modum
commendent, in Vincentio
emicuere universa. Ad hanc aliis

a 2 Praef-

PRÆFATIO.

Præfector cum regendi suavitate, fortitudinem animi, constantiamque admirabili arte conjunxit: subjectus etiam post Neapolitanæ Provinciae administrationem tironum obedientiam, observantiāmque aduersus Præfules suos non aquavit tantum, sed & superavit: insuper utramque personam prodigiis cælestibus, nec paucis, nec mediocribus illustravit, pergitque beatam, uti credere primum, haud minoribus illustrare vitam. Habant igitur in eo viro uno universi seu Præsides, seu subjecti, commune omnibus germanæ religionis

PRÆFATIO.

ligionis exemplar : habent singuli propria virtutum exempla, quæ in sui munericis administratione imitentur : habet denique hoc secundum Societatis nostræ saeculum vivam S.P.N. Ignatii imaginem, digito Dei expressam, quam posteritas omnis intueatur. Quare, quod hominum Religiosorum est ; ejus vita, tamquam sanctimoniacæ regulæ nostram aptare conemur : quod sociorum IESV, ex hoc eximio IESV imitatore, fortiter agere ac pati discamus : quod filiorum ; tam nobilis Parentis vestigia ad mortem usque

a 3 prema-

PRÆFATIO.

*prenamus. Ita mihi Vobisque
ex animo voveo, omnium in
Christo Servus*

J. H.



PRO-